



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Favor primus Bullæ, tempore Interdicti posse Missas & divina Officio  
celebrari ex parag. 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

cialiter interdicto Bulla Cruciatæ Privilegia  
ulla concedit. An autem persona particula-  
riter interdicta possit ejusmodi Interdicti ab-  
solutionem obtinere virtute Bullæ, infra a  
suo loco dicitur.

a Infra c.  
11. §. 6.

§. II.

Favor primus Bullæ tempore Interdicti, posse  
Missas, & Divina Officia cele-  
brare, &c.

1. **H**is prælibatis, ut explicetur primus hic  
Bullæ favor pro tempore Interdicti.  
Nota Primò illud non concedi iis, qui  
dederunt causam Interdicti, vel per ipsos  
stat Interdicti remotio.

2. Nota secundò. Illa verba (*in Oratorio  
Privato*) Nam Doctores ex modo loquendi  
Bullæ, & ex intentione Pontificis extendunt  
ad omnes alias Ecclesias, dummodo fiat pri-  
vatim Officium, & solum coram suis, ut  
mox explicabitur. Vide id latè probatum à  
Ludovico b à Cruce.

b Luc. à  
Cruce in

Bull. d. 1.

cap. 5.

dub. 2.

c Opu. de  
Sacris.

Mis. l. 1.

c. 4. §. 4.

Trullench. d.

à n. 11.

d Trull.

lib. 1. §. 3.

dub. 5.

3. Nota Tertio prædictum Oratorium  
debere esse approbatum, & deputatum ad  
Divinum Cultum, qua de re ego pluribus e-  
gi c in Opusculo de Sacrificio Missæ.

4. Nota Quarto illud (*in sua, & suorum  
presentia*) quod à me pluribus explicatum in-  
venies loc. cit. à nu. 28. & latè item habet  
Trullench. d.

5. Nota Quintò. Illud plurale *Missas, &  
alia Officia*, & illud, *per alium, vel alios*, hæc  
enim verba absolute, & non respectivè pro-  
lata, ostendunt mihi, non unam tantum mo-  
do, sed plures Missas concedi eodem die per  
hoc Privilegium, nec solum semel, & iterum,  
& item sæpè divinis Officiis privatim inter-  
esse.

An habens Bullam tempore Interdicti obligetur  
Missæ privatim interesse.

6. **H**is ita notatis, suum hic locum habere  
debet illa quæstio; An, sicuti Bullam  
habens potest modo dicto Interdicti tempore  
privatim assistere Sacro, ita obligetur, quando  
incidit dies festus de præcepto.

e Lud. à  
Cr. l. c.

d. 4. n. 5.

f Bard. p.

2. tr. 2. ca.

3. sect. 6.

g Trull. lo.

c. dub. 6.

Respondeo. In utramque partem, æquo  
quasi Marte, congregiuntur Doctores, ut latè  
habes apud Ludov. c à Cruce, & latissimè a-  
pud Bardi, f & Trullench. g

Ratio de obligantium (inter quos sunt Co-  
ninch. Avila, Alterius) præcipua est, quia  
nemo cogitur uti suo privilegio; Is ergo qui  
recipit cum Bulla privilegium assistendi Mis-  
sæ tempore Interdicti privatim, poterit hoc  
privilegio nolle uti, & sic stare prohibitioni  
Interdicti, quod vetat assistentiam ad Sa-  
crum, & pro illo tempore aufert præceptum  
de hujusmodi assistentia.

3. Ratio obligantium (inter quos nume-  
rantur Ludovicus à Cruce, Villalobos, Joan-  
nes Sanchez, Trullench.) illa item præcipua  
est, quia in tantum non obligaris, Interdicti  
tempore, interesse Sacro in diebus festis, in  
quantum impeditis Interdicti lege; At per  
Bullam hæc Interdicti lex jam à te remove-  
tur; ergo, remoto jam impedimento, redire  
debes ad obligationem assistendi.

Utriusque ratio cum probabilis, hoc est,  
alicujus momenti sit, utramque sententiam  
probabilem reddat.

8. Sed ecce, per hanc occasionem, alia sub-  
nascentes quæstiuncula. In Tractatu de Inter-  
dicto omnes Doctores statuunt per *Cap. Alma  
mater de Sept. Excomm. in 6.* concedi Cle-  
ricis, & Ministris Ecclesiæ, atque adeo Reli-  
giosis, posse, Interdicti tempore, Missas, & alia  
Divina Officia privatim, hoc est clausis ja-  
nuis, &c. (ut ibi distinctius explicatur) ce-  
lebrare. Jam inquiri, an dicti Clerici, & Mi-  
nistri obligentur Missæ privatim interesse  
diebus festis?

Respondeo, obligari, Nam invenio dispa-  
ritatem b inter hos Ministros ex vi dicti Ca-  
pituli *Alma Mater*, & inter alios ex vi Bullæ  
Cruciatæ. Siquidem prædictum Privilegium  
collatum in *Cap. Alma Mater*, datur Ordini  
Ecclesiastico, cui privilegio non potest re-  
nunciare quilibet privatus. At privilegium in  
Bulla conceditur ipsi personæ in particulari,  
cui ipsa particularis persona renunciare liberè  
valet. Non est igitur mirum, si ipsa praxis  
& receptus inter Fideles usus declaravit, Mi-  
nistros prædictos obligari ad assistendum Sa-  
cro diebus festis, tempore Interdicti; quia  
ut dictum est non possunt. non uti privilegio  
concesso toti Ordini Ecclesiastico. At, quia  
potest persona particularis, non uti privile-  
gio sibi dato, ideo potest in Bulla, quæ datur  
particulari personæ, habere locum  
prima sententia dicta

h Lud. à  
Cr. l. c.

n. 6.

n. 7.

Y 3

§. III.